

scriptum esset *λόγον εἶ τιν' ἔχεις* | *πρὸς ἔμ' ἐξανδᾶν* (aut *ἐξειπεῖν*) aut aliud quid simile. In O. C. 866., ubi vulgo legitur *ὅς μ', ὦ κάκιστε, ψιλὸν ὄμμ' ἀποσπάσας* | *πρὸς ὄμμασιν τοῖς πρόσθεν ἐξοίχει βία*, ipse levissima correctione *ψιλὸν ὄντ'* (i. e. inermem) locum nemini dum intellectum planum et perspicuum reddidi. In O. C. 1640. sic legitur in mss. *ὦ παῖδε, τλάσας χρῆ τὸ γενναῖον φέρειν* (sic L. et al. *φρηνὶ* A. L².) | *χωρεῖν τόπων ἐκ τῶνδε*. Corrigendum suspicor *ὦ παῖδε, τλάσα* (*τλάσα* Dind. et al.) *σφῶ τὸ γενναῖον χρεῶν* —. Requiritur proculdubio pronomen *σφῶ*, quod extruserat male invectum *χρῆ* postquam *χρεῶν* in fine versus in *φέρειν* aut *φρηνὶ* corruptum erat. Haereo tamen nonnihil in *τλάσα τὸ γενναῖον*. In O. C. 1604. vulgo legitur *ἐπεὶ δὲ παντὸς εἶχε δρωῶντος ἡδονῆν*, et sic locum exhibent codices mss. Quis, quaeso, haec intelligere aut interpretari potest? Corruptela hic manifesta est, sed editores plerique, nequaquam in his offendentes, scholiastam secuti absurde haec explicant. Ipse sic corrigere conatus sum, *ἐπεὶ δὲ πάντ' ἐσεῖδε δρώμεν' ὡς ἔδει*, aut *ἐπεὶ δὲ πάντ' εἶδ' ὡς ἔδει δεδραμένα*. Hoc saltem bene Graecum est, altera lectio barbara et absurda. In ejusdem fabulae v. 35. codicum lectio est *ἡμῖν αἴσιος* | *σκοπὸς προσήκει τῶν ἀδηλοῦμεν φράσαι*. Elmsleius *ὦν ἀδηλοῦμεν* correxit, et Jebbiius *ὦν* cum *σκοπὸς* connectit. Corruptela, ni vehementer fallor, longe altius latet. Nullum enim est verbum *ἀδηλεῖν*. Sed, etiam si esset, non 'dubitare', sed 'clarus, manifestus, perspicuus esse' significaret. Quare paullo audacius, sed, ni fallor, vere corrigere ausus sum *ἄστ'* (i. e. *ἄ ἐστ'*) *ἀδελ' ἡμῖν φράσαι*. In El. 21. vulgo legitur *ὡς ἐνταῦθ' ἐμὲν* | *ἔν' οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρός*. Correxī et hic jamdudum *ὡς ἐσμέν γ' ἔνα* | *οὐκ ἔστ' ἔτ' ὀκνεῖν καιρός*. Glossema *ἐνταῦθα* in textum invectum corruptelam peperit. In Ant. 4. *οὐδὲν γὰρ οὐτ' ἀλγεινὸν οὐτ' ἄτης ἄτεο* | *οὐτ' αἰσχροὺν οὐτ' ἄτιμόν ἐσθ' ὅποιον οὐ* — correxerim *οὐδὲν γὰρ οὐτ' ἀλγεινὸν οὐτ' ἀτηρὸν οὐτ' | ἄτιμον οὐτ' οὖν αἰσχροὺν ἐσθ' —*.

In hac editione mea plurimos locos inveniet lector in quibus mutationes in textu recepto factae sunt, partim a me ipso partim ab aliis criticis propositae. Istae tamen innovationes semper ea conditione factae sunt ut nunquam non codicum lectiones in annotatione commemorentur. Ex his etiam si nonnullae